

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XCIX. Confessarii Monialium non egent approbatione Episcopi,  
quando ex privilegiis Apostolicis sunt ab Episcopali Jurisdictione exemptæ,  
& ex quibus hujusmodi exemptio resultet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XCIX.

Confessarii Monialium non egent approbatione Episcopi, quando ex privilegiis Apostolicis sunt ab Episcopali Jurisdictione exempta, & ex quibus hujusmodi exemptio resulteret.

R.P.D. B I C H I O.  
Montis Cassinen. Jurisdictionis.

Inter impressas  
Bichii decis.  
459.

Lunæ 27. Martii. 1651.

## S U M M A R I U M.

- S U M M A R Y

  - 1 Rota semper solet declarationes sacra Congregationis reverenter amplecti.
  - 2 Confessari Monialium Prelatis Regularibus subiectarum, approbatione Episcopi non egerit.
  - 3 Monasterium Monialium esse exemptum, ac subiectum jurisdictioni Abbatis Regularis probatur ex privilegiis Apostolicis inscipientibus sub protectione B. Petri, & Sedis Apostolicae nedum Monasterium, sed personas, & bona.
  - 4 Exemptio à jurisdictione Episcopi resultat, si privilegia exemplaria expressè prohibent, ne Episcopus in loco exempto ullam exercet, jurisdictionem.
  - 5 Appellatione jurisdictionis comprehenditur iuris civilis quam criminalis.
  - 6 Dicitur aliquid est universalis, & in materia jurisdictionis omnem actum etiam minutum jurisdictionis comprehendit.
  - 7 Exemptio à jurisdictione Episcopi resultat, si privilegii Apostolicis expressè prohibetur ne Episcopus in personas sententias excommunicationis, vel interdicti prouulget, quod alias ad ipsam faciat, scilicet à exceptione.
  - 8 Exemptio Monasterii Monialium à jurisdictione Episcopi probatur, si in privilegiis Monialibus indulgetur, quod Christiana Olearia sancuum, Consuetudines aliarum, & similia petant à quocunq; amittant, que omnia de iure ad Episcopum spectant, nisi lex omnis tam jurisdictionis, quam Diocesis effeat ab eo abdicata. & num. 10. Ad dignitatem Episcopalem, & legem Diocesanam pertinet administratio Ggg 2 Chrys-

G gg 2      Chris-

- Chrismatis, Olei sancti, consecratio-  
nes altarium, nec non Collationes  
Ordinum &c. ibidemnum. 9.
- 11 Pontificalia in aliena Dioecesi Episcopo  
exercere non licet.
- 12 Locus exemptus, quando constitutus  
Territorium vere & propriè, non  
autem improprie, & per modum a-  
quiparationis, & quoad certos effe-  
ctus, quamvis sit intra limites Dio-  
ecesis Episcopi? & num. 13. & supra  
num. anteced.
- 14 Exemptio simplex differt ab exemptio-  
ne plena.
- 15 Locus exemptus constitutus dicitur  
Territorium separatum, si enuncia-  
tur in litteris Apostolicis nullius  
Dioecesis, & talis censetur agnitus  
ab Episcopo, si dictas litteras excus-  
tione demandavit.
- 16 Enunciatur a antiquo ultra centum an-  
nos & adminiculata, valde condu-  
cunt ad probandam qualitatem e-  
nunciataam.
- 17 Monasterium esse subiectum jurisdi-  
ctionis Abbatis prævia translatione  
potestatis quasi Episcopalis privati-  
vè ad Episcopum ex quibus potissimum  
probetur? & remissive numer. 18.  
& seqq.
- 18 Unio beneficii facta ab Abbatе Monas-  
terio exempto denotat subjectionem  
Monasterii, ac potestatem Episcopali-  
lem unientis.
- 20 Confirmatio electionis Abbatissæ est a  
Eius jurisdictionis.
- 21 Indulgentias concedere Episcopalem  
potestatem denotat, ac etiam, quod  
illi, quibus sunt concessæ, subiiciuntur  
potestatis concedentis num. 22.
- 23 Visitatio pender ab ordinaria jurisdicti-  
onis.
- 24 Clausura Monialium soli Episcopo de-  
mandatur etiam in Monasterio Re-  
gularium.
- 25 Abbas si Sacramentum Confirmationis  
administravit, denotat eius Mono-  
sterium esse separatum à Dioecesi E-  
piscopi & sibi subiectum  
Confirmationis Sacramentum non po-  
test ab alio, quam ab Episcopo mini-  
strari. ibidem.
- 26 Monasterium esse subiectum jurisdi-  
ctioni Abbatis probatur, si ultra aliis  
jurisdictionis suprarecentios, censuras  
promulgavit, & excommunicatos ab-  
solvit.
- 27 Item si visitavit Sanctissimum Eucha-  
ristia Sacramentum, Oleo sancta, fon-  
tem Baptismalem, & omnem sacram  
suppellementalem, quod sane solius Episco-  
pi munus est.
- 28 Monasterium dicitur propriè Dioecesi  
Abbatis, in quem jurisdictione Episcopal-  
is fuit translata 29. Constitutio sanc-  
tum. Greg. XV. qua incipit ita cruta-  
bil: subiectus Moniales correctionem E-  
piscopi Dioecesani, ac prohibens, ne Con-  
fessariam ordinari, quam extraordi-  
nariorum deputentur, nisi prævia approba-  
tionis Episcopi Dioecesani, locum non  
habet in locis exemptis constituentibus  
Territorium separatum de per se.

**C**onfessionarius Monialium Monasterii Sanctorum Cosmae & Damiani Ter-  
rae Tagliacorii deputatus per Abbatem Montis Cassini, an indiget approba-  
tione

tione Ordinarii Marsicanii disputatu hodie fuit, & negativè responsum, qui ita alias declaravit sacra Congregatio Eminentissimorum Sacri Concilii Tridentini Interpretum, cuius declarationes Rota solet semper reverenter amplecti, ut testatur Buratt. <sup>I</sup>  
in decr. 479. num. 2. Et fuit dictum in Majoricen. Parochialis. 13. Junii 1646. coram R.  
P.D. meo Celsio, & in Alexandrina Canoniciatus. 13. Februarii proxime praterius coram  
Reverendiss. D. meo Decano.

Justaque ex abundante eadem declaratio apparet, siam Confessariis Monialium <sup>2</sup>  
Prelatis Regularibus subjectarum, quales ut infra dicam sunt iste, approbatione E-  
piscoli non agent, disponitur in sacro Concilio Tridentino sess. 25. de regul. cap. 11. cir-  
cafin. vers. atque alius Monasterii, Et tradit Azor. inst. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. quest.  
2. verf. quares Armendar. in add. ad recopillat. Nazari. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig.  
num. 98. Barbos. de potest. Episc. alleg. 25. num. 37. Et in Collect. ad Concil. Trid. d. sess.  
25. de Regular. cap. 10. num. 4. aliquerelati à Modern. Monacho Vallis umbrosa de  
jur. Abbatiss. disput. 16. quest. 2. num. 2.

Esse autem has Moniales ac Monasterium exemptum pro rursus à potestate E- <sup>3</sup>  
piscoli Marsicanii, & subiectum jurisdictioni Abbatis Montis Cassini probatur  
quod primam partem ex privilegiis Apostolicis Alexandri Terti, Clementis Terti,  
Caletiani Terti, Honori Terti & Alexandri Quarti, relatis in summ. Abbatis n. 4.  
Et seqq. quorum aliqua nedum Monasterium, & Moniales, earumque bona suscipi-  
unt sub B. Petri, & Sedis Apostolicae protectione, sed ultra statuant primò, quod  
nullus Marsorum Episcopus in hanc Ecclesiam, vel ejus Moniales, & Clericos illi  
in servientes, aliquid juris exerceat; unde excluditur pro rursus Episcopi Marsicanii ju-  
risdictionem Civilis, quam Criminis, quam appellazione jurisdictionis compre-  
prehendi notant Doctores in L. 2 ff. de jurisdict. omn. Iudic. Et in puncto similis privile-  
gii advertit Miceraten. var. resol. lib. 3. ref. 4. n. 2. Ponderata præsertim dictione a- <sup>4</sup>  
liquid, que universalis est secundum subjectam materiam; & omnem etiam mini-  
mum jurisdictionis actum comprehendit, Cened. post lib. practic. Et Canon. quest. sim-  
gul. s. nu. 5. Barbos. dict. 21. nu. 2. Grat. discept. 509. num. 35. Surd. decr. 283. n. 8. Mo-  
nach. decr. Florent. 50. n. 18. Nec non proximā subsequenti prohibitione, quod nulli  
Episcopo fas sit Moniales vel Clericos præfatos excommunicationis, vel interdicti vin-  
culo innodare, quod licuissest Marsicano, si aliqualis jurisdictione penes ipsum reman-  
sisset, cap. cum Capella. 16. cap. quanto 26. de privil. Ioan. Andr. in Tract. de interd. nn.  
23. Chokier. de iurisd. in exempt. par. 2. q. 25. n. 122. Gigas. de pension quest. 60. n. 1. Belen-  
cin. de charit. sub id. q. 24. nu. 2. Et in puncto ponderavit Rot. in Rossanen. Exemptionis. 20.  
Aprilis 1640. §. quod conformari in fine coram Rever. Salamanino

po ad

Secundo, quod Christia, oleum lanatum, Consecrationes altarium, seu Basilicarū,  
Ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, absq; omni  
contradicione, & appellazione, Moniales suscipiant à quoconq; maluerint Episco-

Ggg 3

po ad illarum Ecclesiam vocato, quæ omnia cum peti ab Episcopo Marsicano debuit sent, nisi lex omnis tam jurisdictionis, quam Diœcesis ab eo abdicata fuisset, quia concernunt ordinem, & dignitatem Episcopalem, ac pertinent ad legem Diœcelsnam. *Io. Andr.* in cap. 1. numer. 7. de privileg. in 6. *Brunel.* de legat. conclus. 10. col. 3. *Gratian.* discept. 212. sub num. 49. *Luther.* de re benef. lib. 1. quest. 25. sub num. 6. *Sanc. mem. Greg. XV.* decis. 434. num. 13. *Text.* in cap. ventens §. *Christina* de scripti, cum aliis allegatis a *Moder.* *Carpent.* corvers. foren. cap. 22a. num. 119. in fin. § 10. 120. Exinde clare dignoscitur ab utraque lege Episcopi Marsicani Monasterium & Moniales fuisse solutas. *Chockier de jurisdictione in exempt.* par. 2. quest. 45. num. 16. & part. 4. quest. 11. numero 2. & 3. *Barbos de potest.* Episc. alleg. 105. num. 65. *Luther.* de re benef. lib. 1. quest. 24. sub num. 135. vers. at non sufficit. *Rota* dicit. *Rosaner exemptionis §.* præterea coram Reverendissimo Salamanino.

Quo magis, quia non solum fuit Monialibus concelestum praedicta petere quo cunque Episcopo maluerint in propria, sive alterius Ecclesiæ celebrante, sed etiam ad ipsarum Monialium Ecclesiam vocato, & sic permittitur alieno Episcopo absque Marsicani consentiu ad libitum Monialium Pontificalia exercere in hac Ecclesia, quod non liceret, si illa esset in Diœcelsi, vel de Diœcelsi Episcopi Marsicani. *Aldan.* in compen. *Can.* resol. lib. 1. titul. 4. num. 3. *Speculator.* part. 3. titul. de Cler. peregr. sub. numero 5. vers. licet enim. *Chockier de jurisdictione in exempt.* quest. 11. sub numero 3. vers. sed non tamen. *Barbos.* in Collect. ad Concil. Trident. sess. 24. de resor. cap. 2. num. 3. & de potest. Episc. alleg. 30. num. 15.

Ex quibus corollarie sequitur, quod eadem Ecclesia & Monasterium conti-  
tuat Territorium separatum non impropiè, & per modum æquiparationis, &  
ad certos tantum effectus, ut de simpliciter exempto declarat. *Rota* decis. 207. num. 3.  
vers. non etiam & num. 4. par. 2. divers. decis. 207. num. 3. vers. non etiam, & num. 4.  
par. 2. divers. decis. 324. numero 7. par. 1. recent. *Luther.* de re benef. lib. 1. quest.  
24. numero 124. & seqq. *Chockier de jurisdictione in exempt.* par. 2. quest. 45. num.  
14. & seqq. Sed verè & propriè, quamvis sit intra limites Diœcelsi Marsicana,  
*Geminian.* in cap. cum Episcopus num. 4. de offic. Ordin. in 6. & in cap. 2. num. 19. di-  
constit. eodem tit. *Rota* d. decis. 207. num. 5. in fin. vers. seu taliter par. 2. divers.  
dec. 105. num. 2. inter impress. post consil. Farin. lib. 2. dec. 42. num. 2. & 6. dec. 65. num.  
3. apud *Moder.* de jur. Abbat. tom. 3. decis. 635. numero 2. vers. unde par. 3. re-  
cent. decis. 54. numero 2. vers. adeò quod, & num. 5. coram *Alart.* *Andr.* cum aliis  
allegatis per addend. ad *Buratt.* dec. 578. num. 21. & distinguendo inter exemplio-  
num simplicem, & plenam tradit. *Luther* d. lib. quest. 24. numero 127. *Gratian.*  
discept. 212. num. 33. Maximè quia nusquam in supra citatis privilegiis Monasterium  
enunciatur, ut solet sub aliquo Episcopi Diœcelsi, quinimò tam in Episto-  
la Cardinalis Medices anno 1499. summar. numer. 1. quam in litteris delegatoris

Inno-

Innocentii VIII. directis eodem anno ipsi Episcopo Maricorum summar numero 18. Monasterium dicitur nullius Diocesis; quas litteras cum idem Episcopus executioni demandaverit, agnovisse videtur veritatem hujus emuntiatur ad text. in cap. ex ore vers. per hoc. de his que sunt à mai. part. capit. Dec. conf. 206. numero 15.  
7. Cumque enuntiatio sint dura & antiquissima ultra centum annos, ac admini-  
culentur, ut infra, longevâ possessione Abbatis Montis Cassini, valde condu-  
cunt ad probandam qualitatem enunciataam. Put. decif. 149. num. 2. lib. 3. Rota  
in rebus. decif. 91. numer. 2. in fine decif. 312. num. 6. part. 1. decif. 34. numero 10.  
coram Mart. Andrea & in punto decif. 66. num. 6. apud Modern. de jure Abbatis.  
Tom. 3. referendo enunciativas contrarias, quas fortè adessent, ad tempus ante  
privilegia Apostolica, ut in proximis terminis respondit Rotad. decif. 54. num. 6. in  
fine coram Mart. Andrea.

Quo vero ad secundam partem videlicet subjectionem omnem Monasterii &  
Monialium Abbatii Montis Cassini, & in eum translationis potestatis quasi Episco-  
palis privative quoad Episcopum Marsorum; probatio resultat, tum ex Epistola  
sacrae Congregationis super negotiis Regularium scripta de anno 1585. ad Abbatem  
Montis Cassini, & data in summar. num. 2. ibi: Sapendo la paternita vostra che  
da centinara d' anni in qua, quel Monastero (scilicet Monialium Tagliacotii  
superius nominatarum) è stato Sottoposto à Monte Cassino, è che l' Abbati pro  
tempore come Ordinarii l' hanno visitato, Gouvernato, è Cornetto le Monache,  
e i preti, però con la presente Ordiniamo à V. P. Che debba mandarui subuo  
un Monaco della Congregatione vostra, si come s' è fatto sempre per il pas-  
sato, ad arbitrio dell' Abbate, il qual Monaco habbi da Confessarle &c. Et  
hauer cura così dell' temporale come del Spirituale e se Monsig' di Marsica e suo  
Vicario desse in eo impedimento alcuno, che non vogliano crederle, ci procurare-  
mo il rimedio conveniente. Tum ex ipsis supra memoratis privilegiis Apostoli-  
cis, in quibus conceditur exemptione Monialibus salvâ Montis Cassinenis debita  
justitia & reverentia, haec enim reservatio denotat in Abbatie Cassiensi pot-  
estatem quasi Episcopalem, cum Episcopo hujusmodi reverentia debeatur. Feln.  
in cap. cum inter num. 3. & 4. de residie. Seraphin. decif. 1025. num. 18. Rota  
in Cahacen. pretensa obedientia 23. Maii 1650. §. 1. vers. etiam admissio: coram  
me. Et in punto hujus Monasterii & Abbatis decif. 83. num. 4. apud Comitum-  
lum. Tum ex eorundem privilegiorum bis centenaria & amplius obseruantia,  
& actibus successivis ab Abbatie gestis mox recensendis, utramque legem jurisdictionis  
& Dicccelis reliquientibus, qui declarant sensu pontifices potestatem  
omnem in Abbatem per eadem privilegia transferre. Gabriell. conf. 66. nume-  
19  
vigesimo quarto, libro secundo, Seraphin. decif. 600. numero 3. & in proximis ter-  
minus Cyriac. controv. 141. num. 38. relatus à Moderno Carpen. controvers. foren-  
cap.

cap. 110. num. 10. Martin. Andrea. decif. 54. num. 16. Rota apud Poſtū. demandauit.  
decif. 71. num. 1.

Conſtat ſiquidem Abbatem uſque de anno 1266. conſirmatſe statuta à Mo-

nialibus edita ſummar. num. 9. de anno 1335. uniuirſe huic Monasterio Eccleſiam S.

Joannis de Camerata ſummar. num. 11. quod denotat ſubjectionem. & reſpectivē

poteſtatem Epifcopalem uniuerti. Federic. de Sen. conf. IIII. numero 8. Oldrad. conf.

257. num. 5. & seqq. Rotain. Ailevianana unionis 22. Iunii 1640. coram. Reverendiss.

mo D. meo Decano. De anno 1557. 1588. conſirmatſe elecções Abbatifatuum cum

affiſtione. quod Monasterium eſt membrum & grancia ſacri Monasterii Cassinen-

lis. ipſique immeſte ſubjectum ſummar. num. 12. que conſirmatio eſt ad uſu juſi-

dictionis. cap. ex frequenib. de iuſtu. Letter. de re benef. lib. 2. quaſt. 18. num. 27.

20 & 28. Seraphin. decif. 637. num. 1. Buratt. decif. 578. num. 8. & 9. Rota in Alarſia.

jurisdictionis 18. Februario 1647. coram me. Indulgentias non ferme concessiſſe Mo-

nialibus. quod pariter Epifcopalis poſteſtatis eſt. cap. accedentibus de excessib. Prela.

Navarr. de indulgent. notab. 31. Azor. iuſtu. moral. par. 2. lib. 3. cap. 55. qu. 3. Barbosa di

poſteſt. Epifc. alleg. 88. num. 17. & denotat ſubjectionem Monialium concedenti. U.

23 golm. de poſteſt. Epifc. cap. 41. 9. 2. num. 2. verſ. 2. Barbosa d. allegat. 88. num. 26.

Inſuper pluries incipiendo ab anno 1319. ſummar. num. 10. & proſequendo ad

annum 1595. ſummar. num. 14. & seqq. viſitaffe Monasterium & Moniales. quod ab or-

dinarya jurisdictione pender C. in fine de censib. in 6. Barbosa de poſteſt. Epifc. alleg. 101.

num. 4. & seqg. Gratian. diſcept. 212. num. 36. Rota decif. 117. num. 5. apud T ambrin. de

ire. Abb. Tom. 3. Et hic advertendum eſt. quod in viſitationibus hujusmodi Abbas

plurimos actus exercuit legem jurisdictionis & Diocesanam concerntes. multa-

nim lancivit circa clauſuram Monialium. quae ſoli Epifcopo demandata eſt. etiam in

24 Monasterio Regularium ex Concilio Trident. ſeff. 25. de Regul. cap. 5. ut not. Suar.

de Relig. tom. 4. tral. 9. de variet. Relig. lib. 1. c. 11. in fine Barbosa d. alleg. 102. num. 3.

& alleg. 105. num. 31. Chokier de jurisdictione in exempt. par. 2. qu. 45. num. 5. Piaſec. in praxi

Epifcop. par. 2. cap. 3. art. 7. num. 2. cum aliis relatis a Sperello decif. 97. num. 19. Admi-

nistravit Sacramentum Confirmationis. quod non potuiffet. fi Monasterium non

eſt separatum a Diocesi Epifcopi & ſibi ſubjectum. Roderic. quaſt. Regul. tom. 1. qu.

25 18. art. 3. Azor. iuſtu. moral. par. 2. lib. 3. cap. 30. quaſt. 4. Covarr. lib. 1. var. cap. 10. num.

6. & 14. Navarr. conf. 14. n. 2. de privil. Barbosa de poſteſt. Epifc. alleg. 30. num. 4. & 15.

Comminatus fuit Cenſuras Ecclesiasticas. aliaſque poenit. pecuniarias Monialibus

26 & Clericis Eccleſiae inservientibus. idemque ab excommunicatione incurta abſol-

vit. viſitavit SS. Euchariftia Sacramentum. Olea sancta. Fontem Baptifmalem. cali-

ces & omneſ ſacram Suppellectilem. quod ſane ſoli Epifcopi munus eſt in pro-

ptia Diocesi. Barbosa de poſteſt. Epifcop. alleg. 74. num. 18. Rot. in Barchinon. in-

27 rſdit. 4. Iulii 1646. §. 1. coram me. Ac tandem aliquando prohibuit Monialibus

& Cleri-

& Clericis, nein pertinentibus ad Ordinem sive jurisdictionem Episcopalem ad-<sup>27</sup>  
eant Episcopum Marorum, ut signanter in visitatione anni 1540. summar.

num. 2.

Quapropter cum de promissis clara sit exclusio Episcopi Marorum ab omni  
jurisdictione in hoc Monasterio, illud propterea dicitur propria Diocesis Abba-<sup>28</sup>  
tis. Anch. in C. postulatum. 45. de foro comp. Gratian. discept. 212. n. 33. Rota  
decis. 100. num. 3. post consil. Farinacii. § dec. 42. n. 2. § 3. apud Tamb. de jure  
Abb. tom. 3. Chokier. de jurisd. part. 1. quest. 9. numero 7. prout etiam de-  
ponunt testes dati in summario numer. 16. Et per consequens non urget novissima  
Constit. S.M. Gregorii XV. relata per Tambur. de jure Abbat. disput. 16. quest.  
2. Subjiciens Moniales visitationi & correctioni Diocesani. & prohibens, ne Con-  
fessores tam ordinarii, quā extraordinarii, ad confessiones Monialium etiam Regu-  
laribus subjectarum deputentur, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judi-  
centur, & approbationem obineant: Quia loquitur de Episcopo Diocesano, qua-  
lis in praedictis non est Episcopus Marorum, nee militat in locis alterius jurisdictioni  
omnino de subiectis, ac Territorium separatum constituentibus, ut declaravit  
Sacra Congregatio Concilii relat. à Tambur. d. disputation. 16. vers. ad tertium. § in  
terminis similium Decretorum Concilii adverut Grilonzon. conf. 142. num. 21. § 22.  
Grat. discept. 212. n. 33. aliquique relati à Modern. Carpen. controv. Foren. cap. 67. num.  
26. § cap. 220. num. 12. § 13. Rota apud. Tambur. de jure Abbat. decis 117. num.  
3. § 4. tom. 3.

Et ita &c.



Hhh

DECI-